

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

35. Modus Confutationis per Expeditionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

era inimica ratione detrahitis, ut omnes suas fortunas alienis seruis committere? Arquibus seruis? refert eum magnoper id ipsum: hisne, quos intelligebat, non cōmuni conditiōne seruitutis vti, sed licetius, liberius, familiarius. cū domina viuere? quis enim hoc nō videt, judicest aut quis hoc ignorat, in eiusmodi domo, in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit: in qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita virtus, atque flagitia versentur: hic seruos non esse seruos? quibus omnia committantur? per quos gerantur? qui versentur ipsis in voluptatibus? quibus occulta cedantur? ad quos aliquantum etiam ex quotidianis sumptibus, ac luxuria redudent? Id igitur Cœlius non videbat: si enim tam familiaris erat mulieris, quam vos vultis: istos quoque seruos familiares esse dominæ sciebat. Sin ei tanta consuetudo, quanta à vobis inducitur, non erat: quæcum seruis potuit esse familiaritas tantæ? Ipsi autem venient, quæ ratio singitur? vbi quæcum est? quemadmodum paratum? quo pacto? cui, quo in loco traditum? habuisse, aiunt, domi, vimque eius esse expertum in seruo quodam, ad rem ipsam parato: cuius perceleri interitu esse ab hoc comprobatum venatum. Pro Diis immortales! cur interdum in honum sceleribus maximis, aut coniuris, aut præsentis fraudis pœnas in diem referunt?

N. N.

I. Primum nota ut ipso adiutu acer est. & sibi insatis, hos exemplar esse poterit initiorum confationis. II. Ut subiectio in ipsis multum habet a. erimonia, & propentes, ea præclarissime virtus. III. Telorum si turba, & velox quadam emissa, vt tanto oratoriure quis acclamet. Cū? vtrum. IV. In hoc pugnaciatatis calore, afferguntur etiam orationes, cumq; quidam salte, hominum ingenio accommodatissimis.

Modus confutationis per expeditionem.

CAPUT XXXV.

Ocurrunt nonnunquam multa lecia confutanda, in quibus diu non estimantur, sed sibi insatis, hos exemplar esse poterit initiorum confationis. II. Ut subiectio in ipsis multum habet a. erimonia, & propentes, ea præclarissime virtus. III. Telorum si turba, & velox quadam emissa, vt tanto oratoriure quis acclamet. Cū? vtrum. IV. In hoc pugnaciatatis calore, afferguntur etiam orationes, cumq; quidam salte, hominum ingenio accommodatissimis.

L. 3 Rogas,

morandum, sed singula cæptim perstringenda, quo in genere nexus, & transitio-nes sunt, plerunque difficiliores, exempla talia sunt in Cicerone pro Plancio. Quæfisi vtrum mihi putarem, equiris Romani filio, faciliorem fuisse, ad adipiscendos ho-nores viam, an furaram esse filio meo, qui esset familia consulari? Ego vero quanquam illi omnia malo, quam mihi, tamen illi honorum aditus nunquam feliciores optauit, quam mihi fuerunt, quin etiam ne forte ille sibi me potius peperisse iam honores, quam iter demonstrasse adipiscen-dorum paret. Hæc illi soleo præcipere (quan-quam ad præcepta zetas non est gnati) quæ ille à loue ortus suis præcipit filiis: vigi-landum est semper. Multæ insidiae suar-bonis. Nostis cætera, quæ nonne, id quod multi vident, quæ scripti graui ille, & ingeniros poëta; scripti, non vt regios illos pueros, qui iam nusquam erant, sed vt nos, & nostros liberos ad laborem, & laudem ex-citaret? Quæris quid potuerit amplius assequi Plancius, si Cu. Scipionis fuisse filius? Magis ædilis fieri non potuisse: sed hoc præstare, quod ei minus inuideretur. Etenim honorum gradus summis homini-bus, & infimis sunt pares: glorie dispares. Quis nostrum se dicit M. Curio, quis C. Fabricio, quis P. Duellio parens? quis Atilio Calatinus? quis C. & P. Scipionibus? quis Africano, Marcello, Maximo, & ceteris fami-liis honorum gradus, quos illi accipiunt. Est enim in virtute multis alces: vix gloria maxime excellat, qui virtute platinum præstet. Ho-norum populi finis est, consulatus: quem ma-gistratum iam ostingenti ferè consecuti-unt. Horum si diligenter quereras, vix decimam partem reperiias gloria dignam. Sed nemò inquam sic egit, vt tu. Cur iste sit Consil? quid potius amplius, si L. Brusus esset, qui ciuitate dominata regio liberauerit. Honore nihil amplius, laude multum. Sic igi-tur Plancius, nihilominus quæstor est in-clusus, & tribunus plebis, & ædilis, quam si esset summo loco natus, sed hæc paradoxi sunt innumerabiles alij consecuti. Pro-fers triumphos Tl. Gracchi, & C. Marij, & quæris quid simile in Plancio. Quæverid isti, quos commemoras, propriæ magis laude fuctint digni, quod triumpha-rent, & non quia commissi sunt ijs magistra-tus, in quibus te beac gesta triumpharent?

Rogas, quæ castraverit: qui & miles in Creta, Merello hoc Imperatore, & tribunus in Macedonia militum fuit, & quæstor tantum ex re militari detraheret temporis, quantum in me custodiendum transferre maluerit. Quæris num disertus? Imo, id quod secundū est, ne sibi quidem videtur. Num Jurisconsultus? quasi quisquam sit, qui sibi hunc fallitur de iure respondisse dicat. Omnes enim istiusmodi artes in ijs reprehenduntur, qui cum professi fuerint, satisfacere non possunt: non in ijs, qui absuīse ab his studijs confitentur. Virtus, probitas, integritas in candidato, non lingue volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Ut nos in mancipijs parandis, quævis frugi hominem, si pro Fabro, aut pro texore emimus, ferre molestè solemus, si eas artes, quas in emendo fecutis sumus, si forte nescierit: sin autem emimus, quem villicum imponeremus, quem peccori: præficeremus, nihil in eo, nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam, esse curamus: sic pop. Rom. deligit magistratus, quasi reip. villicos. In quibus, si qua præterea est ars, facile patitur, sin minus, virtute eorum, & innocentia contentus est. Quotus enim quisque disertus: quotus quisque iuris peritus est, vt eos numeres, qui volunt esse: quod si præterea honore dignus nemo, quidnam tot optimis, & ornatissimis viuibus est futurum? Iubes Plancium de vicis Laterensis dicere. Nihil potest, nisi cum minus in se iracundum putabis fuisse. Idem effers Laterensem laudibus, facile patior, id te agere multis verbis, quod ad iudicium non pertineat: & id te accusantem tandem dicere, quod ego defensor sine periculo possim consiliri. Et ibidem n. 30. Hic tu vita splendorem maculis aspergis istis? laevis adulteria, quæ nemo non modo nomine, sed ne suspicione quidem possit agnoscere; maritum appellas, vt verba singas, non solum criminis. Ductum esse ab eo in prouinciam aliquem dicas, libidinis causa, quod non crimen est, sed impunitum in maleficio mendacium; raptam esse mimulam, quod dicitur Atinæ factum à iuueni, vetere quodam in scenicos iure, maximeque oppidano. O adolescentiam traducam eleganter! cui quidem cum quod licuerit, obijecatur, tamē id ipsum falsum repertatur. Emissus aliusquis ē carcere, & quidem emilius (vt cognovistis) neceflauij hominis; optimique adolescentis rogatu: idem postea premandatis requisitus. Atque hæc nec volla

alia sunt coniecta maledicta in eius vitam, de cuius vos pudore, religione, integritate dubitetis. Pater vero, inquit, etiam obesse filio debet. O vocem duram, atque indignā tua probitare, Laterensis! Pater ut in iudicio capit, pater ut in dimicazione fortunarum, pater ut apud tales viros obesse filio debeat: qui si esset turpissimus, sordidissimus tamen ipso nomine patrio valeret apud clementes iudices, & misericordes: valeret, inquam, communis segni omnium, & dulcissima commendatione naturæ.

N. N.

I. In hoc exemplo nota quomodo tractanda est confutatio: que multis rebus, & que leuibus refellendis est occupata. Et quæ dexteritate transvolando, plura nonnunquam sint disingenda, ne s' in rebus pari momenti diuisus veretur, iniepscat oratio. II. Animaduerte in tota hac confutatio: e velocitatem acrem, & expeditam, quæ si per inveniatur quæ ameno vibrata, nihil spissum, nihil proculsum, nihil attritum & languidum, sed tota oratio quasi flamma, nube, & continentis pabulo diutius attinet. II. Urbanitas quoque permixta palestram addit orationi, à qua Ciceronis ingenium nunquam recedit.

Modus confutationis mixtus serujs rationibus, & ironijs aculeatis.

CAPUT XXXVI.

Cicero Pisonem confutat, qui se triumphum spreuisse profitebarunt: n. 56. At audistis, Patres conscripti, Philosophi vocem, negauit se triumphi cupidum inquam fuisse. O scelus! o pestis! o labes! cum extinguebas senatum, vendebas auctoritatem huius ordinis, addicebas tribuno plebis consulatum tuum, rempub. cuerrebás, prodebas caput, & salutem meam vna mercede prouinciae: si triumphum non cupiebas, cuius tandem rei cupiditate arsisse defendes? s' sepe enim vidi, qui & mihi, & ceteris cupidiores prouinciae viderentur, triumphi nomine tegere, atque velare cupiditatem suam. Hoc modo D. Silanus Consul in hoc ordine, hoc meus etiā collega dicebat, neque enim quicquam potest exercitum cupere, aperreque pete-